

initio primis saltem viis leniter absterfis instituatur. Com-
modissimè autem in brachio sinistro tunditur *Lienaris*, neq;
enim de nihilo est illud καὶ ἴζιϋ Hipp. & Gal. Nisi magna sit
sanguinis in toto abundantia, quæ evacuationis ergo hep-
aticæ apertionem ante *lienarem* desideret. *Salvatella* incisio-
nem non sine præsentem emolumento, præterquam in aliis
plurimis morbis, omni etiam viscerum intemperie, & hæc
febre haut inferiora secuta medicorum pars semper magni-
fecit. Atq; hanc persuasionibus sanè frivolis ab aliis reje-
ctam experientiam *Amplissimus*, & *Excellentissimus* Dn. D.
Præses, *Magnus Promotor* meus sua de ven. secand. delectu disputa-
tione luculentissimis insuper rationibus asseruit. *Ejusdem*
nos autoritas, & locuples peritia *Hæmorrhoidalium* sectio-
nem vetant, quod plerumq; vel incurabilis fistula remane-
at, vel incorrigibilis sanguinis fluxus, aliaq; non conte-
mnenda pericula subsequantur; Tutius & fructuosissimè
apponuntur *HIRUDINES*, de quibus observatum, post
secundam accessionem ad aures applicatos quartanam in-
tercepisse. Fœminis concurrente mensium suppressione
circa consuetum fluxus tempus *Saphena* pungatur. Cœte-
rum in augmento, quæ utilis visa fuerit, sectio repeti potest
Tempus particulare est, cum Natura minus affligitur. Ali-
quando cautè circumspectis omnibus sub ipsa *Ἰσχυροσίου*
admittitur.

FRICTIONES blande fovent, exuscitant calo-
rem, corpus reddunt perspirabile.

VESICANTIA prospero nonnunquam eventū,
quæ arteriæ magis ad cutem vergunt, applicantur, cum au-
guramus σπυροδονώδες inquinamentum non profundius in-
primis viis latere, sed altiùs in vasa prorupisse, quale quid
Naturam pustulis ejectis eniti videmus.

CAUTERIA etiam tanquam remedium non con-
temnendum post corporis purgationem tibiis inuri pos-
sunt, ut ad partes infernas trahatur vaporum ascensus.

II. PHARMAKEIA. Oportet semper in melan-
cholicis temperatè procedere, unde ortum est illud gravis-
simo;